contegitur uelamento; Post illum uero rursum secundo uelamine nos
dirimimur a caelestibus; Haec nos sentientes fratres & confitentes eos qui
huic fidei aduersantur alienos habeamus auertate. & pestilentes
putemus, & siquidem possibile est curari eos. nulla inuidia. si uero
insanabiles sunt refugiamus & uitemus ne forte morbi eorum
contagiis maculemur; Ne non tam nostram sanitatem illis tradamus
quam illorum nos egritudinem capiamus; Pax autem dei quae superat
omnem mentem custodiat corda uestra in xpo ihu dño nostro cui est
gloria & potestas in saecula saeculorum. amen
usque huc contuli de codice scae melaniae roma. EXPL. VII.

INCIPIT LIBER VIII

DE GRANDINIS UASTATIONE CUM PATER EPISCOPUS RETICERIT.

Quid laudabilem solutis ordinem. quid inpellitis linguam legi
iustissime seruientem. quid prouocatis sermonem spiritui cedentem.
quid intermittentes caput festinatis ad pedes. quid relinquetis
aaron productis eleazar. non patior excludi fontem. & pro
fluere torrentem. solem abscondi. & stellam ostendi. canitiem
cedere. & iuuentutem legis promulgare sapientiam reticere. & im
peritiam audere, Neque enim umquam rapidus imber leni & quieto
utilior fuit, Ille enim dummodo feratur impetu siluas secum & rura
pariter trahens, & iam damnosus agriculis existit, hic uero leniter
infusus. & ad interiora terrae gremia discendens. fecundum frugibus
caespitem parat. Uel etiam laetioribus spicis maturari segetes sinit.
Ita & in uerbis non continuo qui multae loquentiae est,✝ Quo quidem
eloquentiae aura parum quid delectat auditum. simul uero ut de
sinit sonus loquentis. & profectus desinat audientis, Is autem qui sensim
in medullas ipsas diuini discendit eloquii. & dilatato ore repletur
spiritu sco. in paucis sillabis plurima sacramenta concludit, Et non dum dic
de illa uera & prima sapientia. cuius particeps & colonus est uene
randus pater & pastor noster, Prima enim sapientia est uita lau

✝ etiam multa sapientia est,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0129